

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5493

Auteur(s) : Pierre de Colmieu, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1237, 29 juillet

Lieu d'émission : Déville-lès-Rouen

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Pierre, archevêque de Rouen, règle le conflit entre Guillaume, le connétable de Normandie, et le chapitre de Coutances. En effet, le chapitre avait dû payer une taxe de onze deniers sur sept porcs et quatre bœufs qu'il avait achetés à la foire de la Saint-Clément à Beuzeville-la-Bastille. Or, le chapitre de Coutances prétend qu'il est exempt de ce droit. L'archevêque de Rouen, choisi comme arbitre, exempt le chapitre de cette taxe et ordonne que les onze deniers lui soient rendus.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 298, p. 437-438.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, P[etrus], permissione divina Rothomagensis electus, salutem in Domino. Noveritis quod, cum ventilata fuisset questio coram venerabili patre H[ugone], Dei gratia Constantiensi episcopo, inter nobilem virum Guillelmum constabularium Normannie ex parte una et Willelmum de Mesnillo Ame, canonicum Constantiensem, ex altera, super hoc quod idem canonicus asserebat servientes ejusdem militis percepisse a servientibus suis in nundinis sancti Clementis de Beusevilla, nomine coustume, undecim denarios pro septem porcis et quatuor bobus ad usum dicti canonici comparatis, quod dicebat esse contra Constanciensis ecclesie libertatem, quare dictos undecim denarios sibi reddi petebat, dicto constabulario in contrarium asserente quod canonici Constantienses ad coustumam hujusmodi tenebantur et, quia de feodo suo laicali et hereditate movebat hujusmodi coustumam, poterat et debebat ab ipsis exigere et habere. Eadem causa postmodum ad nos de consensu parcium et dicti Constantiensi episcopi devoluta, dictus constabularius pro se et heredibus suis volens et concedens quod quantum ad dictum canonicum et eciam quantum ad hos canonicos et clericos Constantiensis ecclesie super immunitate exactionibus coustume consimilis in terra predicti constabularii ordinaremus pro voluntate nostra, se et heredes suos super hiis obligans sub pena ducentarum librarum de qua dedit plegios coram nobis quemlibet in solidum Thomam de Colunciis et Zacariam de Burciis, milites, et Radulfum dictum Pasté, magistrum scholarum Constanciensem, pro dicto canonico et ipso episcopo, ac eciam ecclesia Constanciensi, sub pena simili de qua dedit fidejussores, Johannem de Constanciis archidiaconum, Girardum de Corjon, Jacobum de Perceio, clericos, quemlibet in solidum supponentibus se, eisdem plegiis ex utraque parte datis, specialiter et immediate jurisdictioni nostre quantum ad penas premissas miserunt se stare ordinationi nostre super premissis hault et bas, quicquid super hoc faceremus sub penis premissis firmiter servaturi. Nos igitur, auditis hinc inde propositis, deliberatione

prehabita diligenti, pronunciamus et dicimus quod canonici et clerici Constanciensis ecclesie ad consuetudines solvendi aliquid pro rebus illis quas ad usus proprios bona fide emunt eidem constabulario vel ipsius heredibus non tenentur, judicantes eosdem liberos et immunes a consuetudinibus istis sive pedagogiis et restituimus dictos undecim denarios nobis de consensu parcium, traditos eidem magistro scholarum, nomine canonici memorati. In hoc autem non detur jus nec tollatur aliis quam ista acta sunt inter canonicos et clericos Constantiensis ecclesie et constabularium sepedictum. Super hiis autem eidem constabulario et ipsius heredibus perpetuum silentium imponemus ab expensis que peti possent hinc inde [...] invicem absolventes. Hec autem omnia singula precipimus observari a partibus sub penis premissis. Actum Dievilla, die mercurii ante festum sancti Petri ad vincula, anno Domini M° CC° XXX° VII°.